transportare, similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere sub va-
dio similis summae Ducentorum et duodecim florenorum pecuniae monetae mundi polonicalis, Pro
quibus quidem vadio et vadijs, summaque essentiali cum vadio huiusmodi simul iun-
ctis, quotiens se praefatus recognoscens cum suis successoribus citare permi-
serit, totiens recedendum a iure foro suis quibusvis proprijs, et se cum suc-
cessoribus bonisque suis haereditariis et obligatorijs mobilibus et immobilibus nunc
et in post habitis et habendis, praedicti Castrensis Praemisliensis iurisdictioni subijcien et
incorporan. Coram praefato Castrensi Praemisliensi officio in primo ellectionis ter-
mino tanquam peremptorio stare parere, rendere, ac pro praefatis vadijs ab
officio non recedendum totiens quotiens opus fuerit, satisfacere tenebitur et eius suc-
cessores tenebuntur. Terminum ipsum primum et alios subsequentes terminos Nul-
lis modis dilationibus differren. Legalibusque aliquibus impedimentis se non tuen.
A Decretis quibusvis in Accessorio et principali negotijs latis et factis, Nullas
motiones et appellationes facien, et ad eas prosequendum non adattan, Poena trium
Marcarum et triplici poena vadium et vadia praenominata non evadendi. Quatenus
nihil eorum quae in dubia sua humana parentum in auxilium sibi contra inscriptionem pre-
sentem, ellectionem exeat emanatis, ac eorum defectus, sive illud sit iuridicum, recipien-
dum, sive suorumque successorum successorum sub amissione totius causae, vel limi-
tationem praefatis vadij et vadiorum, quo vel quibus solutis, uti inscriptioni pre-
senti et omnibus in ea contentis totiens quotiens opus fuerit eidem Grochowski
eiusque successoribus ad recognoscendum cum sua posteritate tenebitur. Nulla prae-
scriptione tueri in praemissis obstan.

Terleczki inscribit se Machno

Comparens personaliter coram officio et Actis praedictis Capitanealibus Castren-
sis Praemisliensis, A iure districtu iurisdictione foroque suis quibusvis proprijs
rendendo, praedicti vero Castrensis Praemisliensis iurisdictioni in toto quo ad actum effec-
tumque infrascriptae inscriptionis attinet incorporan et subijcien, sanus mente et cor-
pore existens palam publice perexpressumque recognovit et [illegible]
Comparens personaliter coram officio et Actis praedictis Capitanealibus Castren-
sis Praemisliensis Nobilis Hrizko Terleczki, A iure, foro iurisdictionemque
suis quibusvis proprijs recedendo, praedicti vero Castrensis Praemisliensis iurisdictioni
in toto quo ad actum effectumque praedictae inscriptionis attinet, incorporan et subijcien
sanus mente et corpore existens palam publice perexpressumque recognovit
Quia se et suos successores super omnibus bonis suis provido Machno scultete
de villa Wolossinowa Wolya ad oppidum Sol pertinentibus, Tenute Magnifi-
ci Stanislai Herburt de Fulstin Castellani Leopolien, Capitanei Sambocien
Drohobicien, ac Terrarum Russiae Ingarij Generalis et eius successoribus inscri-
bit et obligat eundem Machno et eius successores in pacifico usu et possessione sor-
tium in villis Terlo Lubochow Rossochi et Swinne per ipsum Terleczki eidem
Machno coram officio et actis praedictis dono perpetuo inscriptum et resignatum
Deinde per ipsum Machno eidem Terleczki condescensum et transfussum et actis pre-
sentibus inscriptum huic ad festum Purificationis Gloriosae Virginis Mariae nunc instans
proximum tamen in toto quod in minima parte non praepedire, nec eadem bona supra no-
minatis adimere, aut quovis modo perturbare sub vadio Trecentorum et qui-
nquaginta florenorum pecuniae monetae polonicae, in casu non completionis praemissorum

totiens quotiens opus fuerit, ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendum. Insuper
per praefatus Terleczki se successoresque suos in et super omnibus bonis suis
obligat et inscribit praedictum inscriptionem ex his Actis ad acta terrena ante decursum
unius Anni transferre transportare, similemque vel si opus fuerit meliorem
recognitionem facere sub vadio Trecentorum et quinquaginta florenorum pecuniae mo-
nete et mundi polonicae, casu quo infra expressum tempus non transportaverit
succumbendum, Pro quibus quidem vadijs si se tempore Terleczki cum sua
posteritate citare permiserit, Extunc, omisso suo quovis proprio foro
et iurisdictione competentem coram praedicti Capitanealis Castrensis Praemisliensis officio cui se
(Actis praedictis respectu) in primo ellectionis termino uti peremptorio stare parere
rendere, ac pro praefatis vadio et vadijs totiens quotiens opus fuerit sa-
tisfacere tenebitur, Omnibus exceptionibus, dilationibus praescriptionibus mo-
tionibus et appellationibus ac iuris et facti remedijs quae causa completionis
praemissorum eiusque terminos differant procul remotis, sub amissione totius
causae, Nulla praescriptione tueri in praemissis obstantibus, Super quod memo-
riale officio praedicti positum est ad quietationem et ad eiectionem dilationis sibi non facien

Makowski ttr Terleczki

Comparens personaliter coram officio et actis praedictis Capitanealibus Castren-
sis Praemisliensis Nobilis Fietzko Makowski scultetus in villa Sacrae Maiestatis De-
gie Makowa ad Capitaneatum praedictum pertinens, Tenute Magnifici Joannis
Herburt de Fulstin Castellani Sanocien Capitanei Praemisliensis, habens con-
sensum Sacrae Maiestatis Regiae in oneranda quibusvis summis bona scultetiae
suae, A foro, iure, et iurisdictione suaquavis propria et competenti recedendo
Huic vero praedicti Castrensis Praemisliensis iurisdictioni, una cum successoribus bonis suis
omnibus in toto quo ad actum effectumque praedictae inscriptionis attinet incorporan et
subijcien, mente et corpore sanus existens palam publice perexpressumque re-
cognovit, Quia Nobili Hrizko Terleczki eiusque successoribus summam Trecen-
torum quinquaginta florenorum pecuniae monetae et mundi polonicae certi veri et liquidi
debitis, mutuatique pecuniae tenetur et es debitus, Quamquidem summam
in et super omnibus bonis suis haereditariis et obligatorijs mobilibus et immobilibus
nunc et in post habitis, obligat et inscribit pro die et festo Purificationis Glo-
riosae Virginis Mariae proxime et immediate venturum solutum realiterque hic
in Castro Praemisliensi repositurum, neciterque ab officio ex fideiussore, sub va-
dio similis summae Trecentorum quinquaginta florenorum pecuniae in casu non solutio-
nis pro die et tempore solutionis assignatis ad solvendum irremissibiliter et de facto
succumbendum, Quod vadium nullo decreto officij interveniente, sed virtute inscri-
ptionis praedictae in summam essentiale capitaleque debitum cedet cedereque debet, Quae
summa principalis cum vadio simul iunctis et in unum conexa extendetur in et
super omnibus et universis bonis haereditariis et obligatorijs mobilibus et immo-
bilibus nunc et in post habitis, extendique debet, Insuper praefatus Ma-
kowski se successores suos in et super omnibus et universis bonis suis haereditariis
et obligatorijs mobilibus et immobilibus obligat et inscribit praedictum inscri-
ptionem ex his Actis ad acta terrena Praemisliensi ante decursum unius An-
ni transferre, transportare, similemque vel si opus fuerit meliorem
recognitionem facere sub vadio summae similis Trecentorum quinquaginta florenorum
pecuniae, Pro quoquidem vadio et vadijs ex quacumque re et causa succubitis